viatio Magnetis à vera linea Meridiana quovis in loco inquiri potest,

## XXXIV. XXXV. Vide Chartas Lusorias.

## XXXVI.

*Barthius Tom. 1. Adversar. lib. XXX. cap. VII p. m.* 1404. Vetustissimum Codicem Manudescriptum Flavij Vegetij Epitomes possideo, (Epitomes dico, quia non arbitror ipsum vegetij integrum opus nos habere, id quod inscriptio in libris vetustis consentiens & Priscanus docere possunt) in cujus calce, dignum fortasse luce, hoc exstat L. Apuleji Fragmentum: Ratio sphæræ Pithagoricæ, quam Apulejus descripsit, de quacunque rescire voluerit, licet consulere, utputa de ægris, quâ die hebdomadis evenerit. Quotâ Lunâ fuerit scire debes; abdas nomen ipsius per litteras infra scriptas, & sic in unum contige, & partire, per XXX, & quicunque remanserit in sphæra, respicies, & sic invenies, si sursum illud inveneris, vivet, & prosperum erit ei; si infrà, morietur.

Cujus-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden